



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fulvii Androtii Societ: Iesv Theologi Opuscula spiritualia

Androzzi, Fulvio

Coloniæ, 1611

Meditatio in orationem Dominicam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48641](#)

MEDITATIO VEL
ORATIO IN DOMINICAM
ORATIONEM ACCOMMODA-
ta ad Communican-
tes.

OMNIPOTENS sépiterne Deus
immensas gratias ago, quod mihi
animum & opportunitatem dederis to-
ties recipiendi sanctis immunitum cor-
pus, animam & diuinitatem in sanctiss.
Sacramento, quid ego miser rependā
pro hoc tanto beneficio? Si haberem
mille mundos, & omnes tui amore re-
linquerem, an ideo possem satisfacere
tibi, vel pro una vice quate recipio? Si
haberem mille vidas, imo quotquot
principio mundi fuerunt hucusq;, ac
omnes protexponerem morti, num
possem rependere undequam hoc benefi-
cium? Vocasti me ad rem tam honori-
ficam & nobilem, cùm essem vilis & in-
dignissimus, alioisque multos præter i-
sti, qui tibi gratioreſ fuissent. Præparasti
pro me omnia necessaria, ut sèpè his nu-
ptijs sanctis possem interesse. Absint
ergo in posterum impedimenta omnia,
recedat timor & anxietas; pudor & ve-
recundia huius mundi euanescat, &
quicquid peccata mea afficerent.

PATER

24 DE FREQVENT.
PATER NOSTER.

Quare, quæso, anima mea non semper gratias agat, non semper benedicat, non semper de te cogitat, non semper te laudet: cùm venias ad me toties tanquam Pater, & venias, ut me ditione reddas, ut gratia tua, omnibusque cælestibus bonis repleas? Quid vis mihi patet, ut petam à te, ego tamen malus filius? Ecce peto à te verum Spiritum Filij, ut sine ullo tempore seruili, cum multa fiducia te recipiam in sanctissimo Sacramento.

① QVI ES IN COELIS.

Fac ut sim purissimum, lucidissimum,
& castissimum quoddam cælum, quan-
do te recepero, qui creasti cælum, & o-
mnia quæ in eis sunt. Da mihi gustum
aliquem eius voluptatis & fœlicitatis,
qua Sancti omnes iam tecum fruuntur
in cælo, ut in posterum non terrena, in
cibis terrenis, sed cælestia in hoc cibo
cælesti quærere possim.

SANCTIFICETVR NO-
men tuum.

Da mihi gratiam tuam, ut dignas lau-
des, & gratiarum actiones pro hoc bene-
ficio referam, ut sanctificem nomen tu-
um, & laudem; ut bonitatem, & maie-
statem tuam omnibus qui te ignorant
annun-

COMMUNIONE. 25

annunciem, ut in omnibus actionibus
meis gloriā non meam, sed tuā quærā.

ADVENIAT REGNUM TUUM.

REGNA semper in corde meo quod
ego hodie pro liberalissimo dono tibi
offerō. Non regnet in eo Dæmon vel
spiritus immundus, non mea fœtida ca-
ro, quæ semper pugnat aduersus spiri-
tum, non amor mundi inimicus vester,
multò minus autem peccatum, quod
solum te fecit agi in cruce.

FIAT VOLUNTAS TUA, SI-
cuit in celo, & in terra.

Doce me Domine ut faciam san-
ctam voluntatem tuam, in omni loco,
omni tempore, in omni negotio, gla-
criter, prōptè, hilariter, & delectabiliter,
sicut faciunt eam omnes dilecti tui, au-
geli, & Sancti tui homines in cœlo.

PANEM NOSTRUM QUOTI-
dianum da nobis hodie.

Peto à te suppliciter ardentissimum
desiderium erga hoc sanctissimum Sa-
cramentum, erga verum panem Ange-
rum. Peto continuum eius gustum: pe-
to cor mundum ad recipiendum, lin-
guam mundam ad rangendum, mini-
strum promptum & facilem ad dandū,
& intentionem rectam ad illū conser-
vandum.

C

XT

26 DE² FREQUENT.
ET DIMITTE NOBIS DEBT
ta nosira, sicut & nos dimittimus
devisoribus nostris.

DA mihi remissionem omnium pec-
catorum meorum , odiumque eorum
& promptitudinē ad facile condonan-
dum , amore tui omnes iniurias mihi
illatas.

ET NE² NOS INDUCAS IN
tentationem.

CONTR^E R^E præsentia tua Satanam
sub pedibus nostris , ne temptationibus
eius , vel assentiar deceptus , vel cedam
affictus: da mihi gratiam , ut tam in ad-
uersis , quam in prosperis æquitatem &
constantiam a^{pro}prii conseruare valeam.

SED LIBERA NOS A MALE.
Amen.

L I B E R A nos ab omnibus peccatis &
malis , vt omnibus horis paratus esse
possim , te in hoc Sacramento recipere,
& diuinam vestram Maiestatem
laudare per infinita saecula
saeculorum, Amen.

MEDI-